

*Marchionatu Austriae.* Lapsus  
luculentus pro a. 1012.  
*Anno d. MCCLXXXVIII.*  
*Rex adolfus (Naffovius) a du-*  
*ce Alberto Austriae occiditur.*  
*Anno d. MCCC. Rex tartarorum*  
*(Cafan-khan) Soldanum regem*  
*babilonie (Naser Mohammed)*  
*interfecit et sepulchrum domi-*  
*nicum acquisitum oleo rosacio*  
*emundavit. et ipse baptisatus cum*  
*toto exercitu. sanctam terram*  
*fere totaliter expugnavit et in*  
*festo Natiuitatis domini prece-*  
*dente stella Comata mediocris*  
*apparuit manifeste. De Come-*  
*ta testatur Hevelius et Lubie-*  
*nicus, cetera vera falsis mix-*  
*ta, ut solet, per Europam*  
*sparsa.*

## LXXI. VIII E. 16.

365 Codex membraneus lat. Sec.  
XIII. Folior. 126. f. nitide exa-  
ratus, rubricisque distinctus con-  
tinet: I. *Commentaria in Penta-*  
*teuchum*, quibus manus Sec. XIV.  
inscripsit: *Beati Remigij Super*  
*quinque Libros Moysi.* Edidit *Re-*  
*migij Antissiodorensis* O. S. B. *Com-*  
*mentaria in Genesin* solertissimus  
*Bern. Pezius* T. IV. *Tbes. Nov.*  
*Anecd.* quae a nostris toto coelo  
abeunt. Sunt enim Nostra *Bruno-*

*nis* ex Monacho *Astensi* et Abba-  
*te Cassin.* ad infulas *Signienses*  
promoti, mortuique a. 1125. de  
quo plura in *Mauri Marchesii*  
*Dissert.* ejus *Operibus* praefixa,  
quae ex edit. *Veneta* 1651. in  
*Bibl. PP. Lugd. T. XX.* ad p.  
1294. commigrarunt, initium-  
que ducunt a *Commentariis*, quae  
prae manibus habemus. Abest a  
*Codice* Epistola praevia ad *Pe-*  
*trum* Coepiscopum. Opus ipsum  
sic inchoat: *In principio creavit*  
*deus celum et terram. In principio*  
*inquit et ante omnem creaturam*  
*creavit deus celum et terram. Hoc*  
*enim et psalmista testatur &c.* At-  
que ita, ut in *Editis*, si lectio-  
nis hinc inde variationem demas,  
usque ad finem decurrit, qui est:  
*sed spiritum uiuificantem sequamur*  
*ut in eternum uiuamus. Quod ipse*  
*nobis praestare &c.* Quibus rursus  
imperitus ille subiecit: *Expli-*  
*ciunt expositiones beati Remigij,*  
*Rhemensem* illum, ut nullus du-  
bito, in mente habens.

II. fol. 125. Sequuntur Car-  
mina non tamen *siyngos* exarata  
*Hildeberti* ex Monacho *Cluniac.*  
ad Sedem *Cenomanens.* et tandem  
ad Archiepiscopatum *Turonens.*  
profecti mortuique a. 1139. cu-  
jus nomen tacetur. Primum in-  
cipit:

*Melchisedech domino panem uinumque litauit &c.*

Extat in *Hommeyana* et *Beaugen-*  
*driana* Opp. *Hildeberti* editione,  
et in hac quidem *Parisi.* 1708.  
col. 1151. Sed addam, quae *Co-*

*dex* noster aliter et saltem non  
pejus legit. V. 5. *diluit* pro *ex-*  
*piat.* v. 17. *caro* *carnes* pro *crux*  
*carnes.* v. 27. *bona traditio* pro  
*pia.*

177

## HERMENEUTICI.

178

*pia. v. 28. Vnde procul facinus, procul horror et usus inanis pro Qua veteris ritus cruor horridus ex-*

*tat inanis. v. 29. Decretum pro Secretum.*

Secundi Carminis initium est:

*Tollimur e medio fatis urgentibus omnes &c.*

*Tribemius* illud, ut Opus separatum, titulo de Sacramento Altaris indicavit n. 350. Atque ita extat jam in *Vincentii Bellovac. Speculi Histor. P. III. L. 25. c. 113.* Sed *Beaugendreus* Operi de *Mysterio Missae* illigavit edit. cit. col. 1149. In hac 18. *Distichor. Elegia Codex* noster legit v. 13.

*Inde fit ut quotiens sacris accedimus aris pro Unde — assistitur aris. v. 19. tibi Christe pro tibi Summe. v. 24. Mentio pro reliquis causam agit alterius pro Vota precum ut citius detur eis requies.*

Tertium Carmen inscriptum est: *Versus Magistri Marbosii* et incipit:

*Ligna voluptatis plantaverat apta beatiss &c.*

Extat inter Poemata *Marbodi Ep. Redonensis Patria Britanni a. 1123.* defuncti, quae simul cum *Hildebertinis* edidit memoratus *Beaugendreus*, p. 1573. Differt ab *Editis Codex* noster v. 4. legens *iniquum* pro *indignum. v. 5. mihi te* pro *tibi me. v. 8. Ecce die* pro *forte die. v. 10. veniens* pro *venit. Versus 12. et 13. item 15. et 16. absunt a Ms. v. 17. offerat* pro *ingerat. v. 22. festina car-*

*pere pro festiva mandere. v. 24. incitum (incitatum) sic decipit ipsa pro incitum seduxit et ipsa. v. 25. O scelus pro Ob scelus. v. 27. Exclamant ue ua quiqui nascuntur ab eua pro Et clamat: Væ væ successio flebilis Evæ. Reliquos 4. Versus, qui in Editis habentur, successu temporis adfutos putem.*

Quartum Carmen inscriptum: *Cur deus homo, incipit:*

*Ade peccatum que conueniens aboleret &c.*

Legitur inter *Hildebertina* edit. cit. col. 1332. *Codex* noster habet v. 6. *quo pacificaret* pro *quod. v. 7. cui praeter id ipsum* pro *qui praeter &c. v. 9. natura creatrix* pro *redemptrix*, et dein versum integrum: *Quem redimit recipit*

(fit?) *et ipsa redempta redemptrix, quo carent Edita. v. 15. furor offensi* pro *offensus.*

Quinti Carminis in *Editis col. 1155.* inscriptio: *Cur tres Missae celebrentur in Natale Domini.* Initium:

*In natale sacro sacre sollemnia misse &c.*

V. 4. pro *David* *Codex* legit *templo.*

*Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.*

M

Car-

Carmen Sextum nec apud *Hilbertum* nec apud *Marbodum* invenio, ideoque adscribo; licet *Oedipo* opus habeat:

*Qui ueteres renouare gradus quo carmine nostis.  
Vnde reum me quisquis iners preiudicat hostis.  
Si prisce pietatis amor uos detinuisse.  
Et seruum qui uester erat non deseruisse.  
Pro precio licet eximio non esset agendum.  
Pontificem sine iudicio sic destituendum.  
En uideo quod quidquid ago mutare potestis.  
Sed doleo quod non ualeo uel scire quid estis.  
Quid lauid (latuit?) que causa fuit fuit utilis ordo.  
Qui per me quartus per nos (vos?) fuit in decacordo.  
Jam potuit decimare quod est multumque benigne.  
Tres cui (qui?) uult prestare potest et psallere digne.*

Neque Carmen Septimum apud hos Autores lego.

*In matutino damnatur tempore christus &c.*

Verfibus 8: *Horas* sic dictas *Canonicas* percenset.

Versus hos excipiunt *Rhythmica* quaedam, quae partim notis

*Resultet plebis fidelis plaudens canticis organicis ad laudem creatoris &c.*

Alterum de Vitiis ita:

*Octo principalia numerantur vicia  
Inter que superbia possidet principia &c.*

Tertium de Incarnatione Filii Dei sic:

*Que commisit femina luit mundus crimina  
Sed redemptrix domina uite uia  
Casta parens est maria ut testatur prophetia &c.*

Atque, ut nihil *Codicis* praeteream, etiam in *fol.* ei praetexto similia leguntur; primo quidem

*Noua gaudia et noua studia et noua sint tripudia  
Nam noua sunt sollempnia noui regis presentia fugiant tristia &c.  
Dein*

etiam *musicis* insignita sunt. Primum incipit:

Dein Cantus quidam Nuptialis hoc tenore :

*Vfus uite ueteris arma tulit ueneris  
Grauibus legibus subditus amoris.  
Omni fruens cipride tryplici caryptide  
Placui florui puellarum coris.  
Nunc bellone milito afros fluxus fugito  
Uinculo cingulo abstrabor et loris &c.*

LXXII. VIII B. 5

105 Codex membranaceus lat. Sec. XII. Folior. nunc 56. f. caractere luculento scriptus exhibet *Angelomi Luxoviensis in Burgundia Monachi et Levitae O. S. B. Scriptoris Sec. IX. cujus et in Cantica, et in Libb. Regg. habemus Stomata, Commentarium in Genesin inscriptum Leodrico cuidam sacerdoti hoc initio: Eximio Patri Moribus (l. et floribus) uirtutum fulcito. sapientieque nitore ornato. Leodrico sacerdoti. Angelomus humilis leuita. Postquam gazophilatia ac thesauros quatuor euangeliorum que omnibus diuinarum scripturarum paginis sua merito auctoritate precellunt. scilicet egregio domino permittente. ac imperante abbate. subtili indagazione domino largiente in quantum quiuimus rimati sumus. uidelicet magistro uiro quidem eruditissimo mellilico (al. Mellino) sacerdote &c. Abbatem intelligere videtur Drogonem ex Coenobio Luxoviensi ad Metenses infulas promotum Caroli M. filium ✠ a. 855. quem et in Libb. Regg. Abbatem suum egregium appellat. Codex noster, qui sine Caputum divisione perpetuus decurrit, deficit in haec verba C. XLVIII.*

*Gen. qui non accipient separatim terram. Integrum vero edidit Angelomi hunc Commentarium ex Cod. Monast. S. Petri Salisb. diligentissimus Bern. Pezius in Thef. Anecd. Noviss. T. I. P. 1. col. 43. collato Cod. Monast. Zwetlens. qui tamen, uti noster, nec Prologum versu hexametro scriptum habet, et in iisdem pene verbis ad calcem deficit. Contulisset certo etiam Pezius nostrum Exemplar, si aliquam illius notitiam habuisset.*

LXXIII. VII H. 47.

Codex chartaceus lat. Sec. 719 XVI. Folior. 17. 4. continet *Explicationes in librum Genesis Reverendissimi in Christo Patris Domini Hieronymi Vielmi, eximij sacrae Theologiae D. et Episcopi Argolicensis. Lectio Prima. Initium: Autor ejus libri quem aggredimur explicare, omnium consensione est Moses, natione Hebraeus, patria Gessemita &c. In nota marg. Hebraice uocatur משה Goschen &c. Lektionibus IV. non nisi ad verba Coelum et Terram exponenda pertingit iste Commentarius, et in Disputatione de Aeternitate Mundi*